Notandum est quod Regnum Bohemiae habuit olim similem suum statum in Imperio et suam taxam particularem qua fuit proportionata ad taxam pradictam 600 equitum 1350 peditum Item deinde Bohemi noluerunt esse exempti unde secutum est q Rex Bohemiae qui est elector Imperij extra casum electionis ad consultationes imperij non vocatur Sed si loco adest in conventibus Imperij datur ei sua sedes in actibus publicis tatum et in ceremonialibus non autem in tractatione negotiorum

Prussia tota deberet similiter esse sub Imperio et sub magno magistro ordinis Teutonicorum sed Rex Poloniae eam suam esse pretendit et nunc realiter tenet

Sunt alij status qui agnoscunt Imperium faciuntque ei obedientiam ut magnus magister Livoniae, Arcepiscopus Rugensis Episcopi Barpensis Osiliensis, Curlandensis et Revaliensis Quorum tamen nullus taxae suppositus est. Quia cum degant in partibus valde remotis simul in quotidiano armorum exercitio ad defendendos imperij limites contra infideles Moscovitas reliqui status nolunt vos onerare nisi quatenus sua sponte prestare vellent vel possent

Sunt deinde civitates maritimae satis potentes quae similiter agnoscunt Imperium ut Magdeburgum Brema, Brunsvicum Luneburgum Hildesheim. Hanover, Gottingen, Embeck, Rostock, Wismar Sund, sed non comprehenduntur sub taxa quia non sunt immediatae sub imperio sed sub alijs principibus supra nominatis. quibus tamen ipsis modicam vel nullam prestant obedientiam ob id quod olim dicti principes multa privilegia eis concesserunt et habenas libertatis nimium relaxarunt Ita quod illae Civitates ut plurimum nunc contra illos recalcitrent

Omnes nobiles Suxeniae Franconiae et Reni immediate agnoscunt Imperium sed non sunt sub taxa attento q ab antiquis imperatoribus impetrarunt immunitatem a contributionibus realibus cum quotiens Imperator ad bellum proficiscitur ipsi teneantur proprio corpore cum sequi. Ideo vero quod taxam non habent